

che non ne so cosa alcuna, ma quando fusse la sorte so ben ge seria acceptato. . . Al palazzo sento pur ne sta rasonato perche monsig. Niceno¹ ha scripto che tuta Alemagna el crida et seriase contenti se facesse in Italia et che in Franza non consentirano mai. . .

Orig. all'Archivio Gonzaga in Mantova.

44. Il cardinal Bessarione a Papa Pio II.²

Vienna, 29 marzo 1461.

Beatissime pater !

Rediit familiaris meus, quem miseram ad V^{am} Beat^{nem} cum novis comotionum³ principum Germanorum. Vidi que mihi per eum scribit V. B. Licet nulla mentio fiat de scripturis quas per eum ad V^{am} Beat^{em} misi, satis tamen ad rem ipsam respondetur. Usus sum qua potui celeritate; nam postridie eius diei, quo avisamenta illa acceperam, expediti repente nuntium, ita ut per Dei gratiam ea, que ad S^{em} V^{am} ex Suevia recto itinere transmissa sunt, octo dies non precesserint eaque ex Suevia Viennam et ex Vienna Romam sunt allata. Offendit enim nuntius meus in Bulsenā oratores V^e Beat^{is}.

S^{tas} V^a humanissime et clementissime ad me scribit illos excusationem in peccatis querentes dicere commotos se fuisse propter minas meas de decimis imponendis. Et ita se habet veritas, b[eatissime] p[ater]. Excusationes frivole⁴ sunt et inanes vel potius occasiones ad male agendum. Nichil enim a me de decimis dictum est preter id quod S^{tas} V^a habet in scriptis in responsione mea, ubi narrans maximos sumptus quos S^{tas} V^a fecit et facit pro fide infero S^{tem} V^{am} neque velle neque desiderare⁵ ab eis decimas,⁶ sed promissum exercitum. Verum est, quod aliquando paterne cum eis querelam faciens, aliquando etiam admonens que dicenda erant in tali re⁷ dicebam et suadebam que suadenda videbantur ab homine presertim rei, de qua tractabatur, cupidissimo. Sed nichil preter verba actum est, nullum unquam de decima imponenda a me emanavit mandatum quod iuxta

¹ Bessarione.

² Su questa relazione richiamai l'attenzione già nella prima edizione del 1889 e ne comunicai in tedesco i passi più importanti. BACHMANN non vi ha fatto attenzione nei suoi *Fontes* usciti nel 1892: però precisamente le parti più interessanti presso BACHMANN (*Fontes* 46, p. 4 s.) sono sformate da tanti errori, che, dato l'interesse spiccato di questa relazione, la quale è fra più antichi rapporti di nunziatura (cfr. V. BAYER in *Gött. Gel. Anz.* 1894, 215), sembrò necessaria una ristampa più corretta.

³ BACHMANN: comitiorum.

⁴ BACHMANN: huiusmodi.

⁵ BACHMANN: obsiderare.

⁶ BACHMANN: decimas.

⁷ BACHMANN: calice.